



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. V. An depositarius, commodatarius vel conductor possit in periculo naufragij, v. g. hostilis incursûs, vel incendij præferre res suas, si utrasque periculo cripere non possit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

in rem ipsius, ac utilitatem versum fuerit, prout rescribit Pontifex in cap. *Gravis* 1. h. t. (sicut enim delictum personæ non debet in detrimentum redundare Ecclesiæ, iuxta Reg. Juris 76. in 6. ita nemo debet etiam locupletari cum alterius jactura L. Nam hoc 14 ff. de condit. indeb.) Quod si tamen Prælati una cum Capitulo rem talem depositam in custodiam receperit, aut eorum nomine ad hoc constitutus Oecononus, tenetur de dolo, & culpa lata, non minus, ac alius depositarius, cum in tali casu non tam persona monasterii v. g. quam ipsum monasterium depositarii obligationes in se susceperit, & deponens probare non debeat, in utilitatem monasterii versum fuisse depositum hoc.

§. V.

An depositarius, commodatarius, vel conductor possit in periculo naufragij, v. g. hostilis incursum, vel incendij, præferre res suas, si utrasque periculo eripere non possit?

Quod res alienæ in tali casu, si pretiosiores sint, quam propriæ, præ-

ferri debeant propriis, & nullum periculum sit, aut damnum confiderandum ex rerum proprietarum viliorum jactura, quod facile ab eo, cujus res pretiosiores, cum jactura suarum viliorum conservavit, & sic negotium illius negotii gessit, pretium rerum suarum poterit acquisiturus sit, contraheatur, & æquitas docet, quæ vult in talibus casibus eam diligentiam circa res depositas, aut commodatas &c. adhiberi, quæ quisque prudens v. g. cum proprias hiberet, qui semper res pretiosiores, & melioribus præferet, nisi damnum timeat ex tali prælatione, & viliorum jactura. Si verò sint æquales præ propriæ, & alienæ, quæ utriusque præferentur, attendendum in tali casu, ut præferatur, quænam præferenda sunt, & utilitatem res illa deposita, aut commodata v. g. sit, alij tamen universim loquuntur, in foro conscientie, prælationis rerum alienarum præ propriam obligationem esse, cum talis prælatio absque damno præferentis fieri possit.

TITULUS XVII. DE EMPTIONE ET VENDITIONE

§. I.

Quid sit Emptio & venditio, & quæ ad substantiam illius requirantur?

Definitur communiter, quod sit contractus bonæ fidei (quia in eo

multa ex æquitate præstantur, de quibus expresse conventum non est) utriusque obligatorius, qui consensus, pretio perficitur, sive in quo venditor cum emptore de re, sive merx, pretio pacificatur, ita ut in quo merx pro pretio promittitur, sive